

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod vbi per maleficium concubitus non sequitur vel alterius alicuius
malefici effectus no[n] ad nigromanticos: sed ad Deum e[...]
recurre[n]du[m] pro solutio[n]is remedio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

Error. Intellige hoc vt sunt res : quia vt
sic sunt & bona à Deo sunt : sed vt dictū
est vtitur his maleficus vt signo inuocati
demonis tacite vel expresse ; & quod di-
co de his rebus intelligo de cāracteribus
quibus sēpissime vtuntur in suis supersti-
tionibus .

Quod vbi per maleficium concubi-
tus non sequitur vel alterius alicuius ma-
lefici effectus nō ad nigromāticos ; sed ad
Deū ē recurrēdū pro solatiōis remedio .

Attende tamen quod vbi per ma-
leficium Deo permittente occul-
to iudicio : & diabolo procuran-
te concubitus non sequitur inter con-
iugatos vel alicuius alterius maleficii ef-
fectus apparet . nō ad magos & nigromā-
ticos & fortilegos est recurrendū pro so-
lutione & remedio vt ī hac nostra tēpe-
state ad quosdā nephādos sacerdotes pas-
sim isti vulgares cōcurrere nō verentur .

TRACTATVS

Sed ad Deum per humilem confessio-
nem & deuotam orationem. Ut habe-
tur. xxxiii. q. i. c. vltimo. & Gerson de er-
roribus. circa artem magicam inter quos
dam articulos Parisijs declaratos, po-
nit quintum in ordine dicens quod lici-
tum sit magicis artibus vel aliis quibus-
dam superstitionibus à Deo aut ab Eccle-
sia prohibitis aliqua facere pro quo cun-
que bono fine. Error. Quia secundum
Apostolum. Non sunt facienda mala
ut bona eueniant. ar. vi. quod licitum sit
etiam promittendum maleficia malefi-
ciis repellere. Error. & de hoc habes
exemplum in legenda beati Iacobi qua-
liter soluit filletum à vinculis quibus her-
mogenes maleficus eum arctarat: cum
non per incantationem: sed virtute il-
lius oraculi: scilicet Dominus soluit cō-
peditos: Dominus illuminat cecos. Do-
minus erexit elisos &c. Cuius contra-
rium fecit Saul: ut habet. i. Reg. xxviii.
ubi dicit quod Saul phitonisam con-

fuluerit : nec sperauerat in domino : propter quod interfecit eum & transfluit regnum eius ad Dauid. Sed magister Iohannes nider precepto. i. c. x. mouens questionem an licitum sit talia maleficia tollere : qui respodet sub distinctione conformiter ad doctores quod aut tolli possunt sine superstitionis modis ut per licitum exorcismum : aut per orationem vel per intercessionem sanctorum : vel per sacramentalem malefici confessionem : vel per precisam ostensionem seu indicacionem alicuius qui scit ubi est imago : vel per solum motum localem vel modo congruo. Similiter & sic est licitum aut non potest tolli nisi per superstitionem modum vel per noua maleficiarum opera : & sic est illicitum per auctoritatem Apostoli super dictam : non sunt facienda mala &c. Hec ille .

Qd & si nigromatici & malefici aliquando vera dicatur sepius tamē falluntur, quare ad illos non est concurrendum.